# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Natiuitas f
### cum fonte primo

Celi
rege nato, angelorum chori in eius annunciatione prodeunt, hympnum dicunt et deuicta praue uite discordia, nos quos dudum despexerant, ciues agnoscunt, consono ore predicantes: Gloria in excelsis Deo et cetera.

Ac si dicant: Quos a nobis malicia disiunxerat, iam nunc in terra nata bonitas iungat.

Gregorius libro XXVII. moralium.

Hinc est enim quod eodem
Rege nato, angelorum chori in eius annuntiatione prodeunt, hymnum dicunt; et deuicta prauae uitae discordia, hos quos dudum despexerant, ciues agnoscunt, consono ore praedicantes: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis* (Luc. 2:14).
Ac si aperte dicant: quos a nobis malitia disiunxerat, iam nunc in terra nata bonitas iungat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 27, 15 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1352, ll.24-30).